

EXORDIUM IN LECTIONES SVPER MAGISTRI SENT. TERTIO. VBI AGITVR.

DE INCARNATIONE VERBI, DE PASSIONE,
*Et de Morte Saluatoris N. Iesu Christi Benedicti: quem humiliter
oro & supplico vt meis votis. sua inenarrabili bonitate, gra-
tiaq; vbertate, faueat, auxiliumq; præstet,*

NEC NON VERGINEM BEATISSIMAM PATRONAM
singularem Carmelitici instituti Rogo vt pro me Trinitati Sanctis-
simæ, preces effundat sine quibus incassum est omnis
labor, studium, ac doctrina.



LECTIO PRIMÆ.

*In qua agitur, de Anima quid sit: quot sint animæ: quot facultates: et quòd pu-
ritas est illi pro maximè necessaria, quoniam ad hanc Theologia
scientiæ dignitatem magis Spiritus candorem, quàm
studij laborem inspiciamus.*



EXPLICATVR VS hoc anno Deo concedente: Christo coadiuuante: Beatissima Virgine
impetrante: vobisque attentè: benignè, studiosèque audientibus tertium librum Magistri sen-
tentiarum omniaque ad Doctoris nostri scopum & mentem: in quo libro Magister de qua-
tuor præcipuis agit, nempè.

1	2	3	4	
De reparatione, De lapsu, De reparatore & De Salute. vnde ex- plicat	Causam reparationis Casum Medium & finem, & inquit quòd	Causa fuit amor Dei. Casus, Mors hominis Medium Verbum Dei, & Finis Redemptio homi- nis Imago Dei, De causa loquitur. Ioan. dicens. Sic Deus dilexit mun- dum vt filium suum vnigenitum daret.	Causa fuit infinita: Casus profundissimus: Medium immensum, Et finis dulcissimus.	Ioan. 3. Rom. 5.
Causa est in Deo: Casus in Adamo: Medium est in Deo & in homine, & Finis est in solo homine.		De casu Ecce Paulus. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit.		Colos. 1. Tertium 3.
De reparatore inquit Apostolus Colo. In ipso complacuit omnem plenitudinem in habitare: & per eum reconciliare omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt.				
De salute dicit Idem Paulus. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauachrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti quem effudit in nobis abunde per Iesum Christum dominum nostrum: Id- circo duxi antequam aggrediar negotium istud: Opere pretium fore, aliqua prius præmonstrare: prædeclara- re, enucleare & prelibare tanquam radices: fundamenta, & bases dicendorum. Et quoniam agitur de In- carnatione Verbi in nostra carne quam assumpsit, & non de omni muliere sed solum de Maria Virgine: De Maria illibata: Maria purissima qua nulla fuit, non est, nec erit nitidior, purior, & formosior: vnde puritas inter alias causas huiusmodi vniuersæ & assumptionis fuit ratio potissima. Idcirco vt & vos mysterium istud maximum intelligere possitis uolo quædam tangere de puritate spiritus: At quia Spiritus puritas tanto magis optari videtur, quanto magis Spiritus præstantia & excellentia prægustatur: & tanto magis prægustatur, quan- to magis				